

... hujusmodi partem pensionum translatarum solvere re...

... Verum cum quotidiano experimento com-

... Hinc est, quod non litibus, & dispendiis

... Decernentes, easdem presentes literas, &

131

... provenientibus, & in quibuscumque rebus consi-

... Ut autem presentes literas omnibus faci-

... In qua, ut vides, translatio pensionis ab habentibus...

132

... ab eis respective inviolabiliter, & incon-

... Ut autem presentes literas omnibus faci-

... In qua, ut vides, translatio pensionis ab habentibus...

133

... inuito non vitiat. Card. de Luca de pensio-

... Translatio pensionis potest fieri coram omnibus

... Non habentes ad id speciale privilegium debent

... Translatio autem pensionis debet fieri in Cleri-

... Facultas transferendi pensionem ita exerceri po-

... Pensio translata est eadem pensio cum prima, &

... Ad translationem pensionis requiritur consensus

... Papa tamen potest absque alicujus consensu ex



tem requisiti vigore pacti inter Titularem, & pensionarium initii, quia facultas transferendi pensionem non translatur, quando illius reservatio est prohibita ratione pacti in illius reservatione appositae. Rota dec. 689. n. 1. p. 4. diver. & p. 5. rec. t. 1. dec. 153. n. 1. & p. 11. dec. 247. n. 17. & 24. Papa enim in facultate translationis pensionis derogando simpliciter consensu Titularis, non censetur derogasse speciali consensu illius virtute pacti acquisito, cum derogatio tamquam odiosa non debeat extendi ad alios casus; arg. cap. Odia 15. de regul. Juris in 6. & pluribus adductis sic expresse tenet Rota p. 11. dec. 247. n. 25. & 26. Unde mentio specifica requiritur pro derogatione pacti inter partes initii, & acceptati, alias subrepto committitur, si in Indulto translationis pensionis non fuerit narratum Papae, quod in literis reservationis fuerit expresse prohibita translatio, etiam vigore Indulti. Rota part. 11. rec. dec. 147. d. n. 12. ad 17.

98 Qui non habet Indultum transferendi pensionem, potest illam in totum, vel in parte quoad commoditatem ipsam percipiendi gratuito libere, & sine ullo pacto, & pecunia, sive anticipata solutione, cedere, & remittere ad favorem Titularis, donec naturaliter vixerit, etiam sine Beneficatio Apostolico. Sic expresse Rota recent. p. 12. dec. 397. n. 3. 19. & 20. Card. de Luca de pensionibus disc. 68. n. 6. & de Regularibus disc. 37. sub n. 9. in fine; Lotter. de re benef. lib. 3. q. 39. n. 86. & seq. Tondut. de pension. cap. 17. n. 25. & seq. Ventriglia t. 2. annot. 12. §. 3. n. 38. Monacelli. t. 2. tit. 14. form. 7. n. 10. & apud ipsum Sacr. Congr. Conc. in Nullius 27. Maij 1645. lib. 27. decr. p. 480.

99 Pensio secundum se non potest sine Beneficatio Apostolico redimi pecuniis, licet ista dicantur esse veluti anticipata aliquot annorum solutiones. Navar. Gigas, Parisius, Azorius, Garcias, Bonacina, Barbosa, Lotterius, Laurentius citati, & secuti à La Croix lib. 4. n. 1183. Card. de Luca de pensionibus disc. 6. n. 3. disc. 21. n. 10. disc. 80. n. 5. dicens expresse, quod extinctio pensionis facta gratis non exigit beneficium, secus mediante pretio; Ventriglia tom. 1. annot. 11. §. 3. n. 4. q. 2. dicit expresse, quod de stylo Curiae, qui facit legem, & vigore constitutionis S. Pii V. incip. Ex proximo: non potest pensio vendi, aut redimi sine auctoritate Summi Pontificis, aliis incurritur crimen Simoniae, ut post Azorium, Reginald. Suarez, Filiuc. Layman, Bonaciam, & alios advertit Barbosa lib. 3. Jur. Eccles. univ. cap. 11. n. 20. & seq.

100 At tamen ipse Barbosa loc. cit. n. 25. cum Bonacina per eum adducto, dicit absolute pensionarium absque simoniae labe posse alteri vendere, vel donare fructus suae pensionis etiam ad totam vitam, modo illius titulum retineat; Quod & videtur tenere etiam Rota part. 12. recent. dec. 397. n. 19. expresse dicens, quod pensionis commoditas exigendi cadit in commercio, recipit hypothecam, & potest libere vendi, & ad id citat aliam Rotae dec. 834. n. 11. coram Butra. Azorium, Suarez, Bonaciam, & Larream. In tali etiam casu cessio, seu venditio, aut donatio pensionis comprehendit solam commoditatem, & Jus casuale ejusdem pensionis, non autem titulum, & Jus formale, cum talis titulus & Jus formale pensionis remaneat semper penes cedentem, ut advertit eadem Rota recent. p. 15. dec. 8. n. 2. Et probabilius cum plurimis aliis tenent La-Croix l. 4. n. 1184. ubi contra Henric. Layman, Garciam, Tondut. Lotter. Lucam apud Lauren. loc. cit. q. 668. tenentes redemptionem pensionis propria auctoritate factam esse absolute simoniacam, dicit, quod probabilis tenent plurimi cum Diana p. 12. tract. 5. res. 5. Haud. de justitia t. 6. tract. 2. n. 564. nullo modo esse simoniacam: Immo Cajetan. Valent. Tolet. Suarez, Rayn. Less. Castropal. Pirhing. dicunt nullum

esse peccatum, pensionem jam antecederet constitutam redimere anticipata solvendo, quia dicitur, ibi tantum emittit immunitas ab obligatione quotannis solvendi pensionem, quae immunitas est quid mere temporale. Idem etiam tenet Felix Potestas t. 2. p. 2. n. 1381. cum Castrop. Taner. Ant. à Spiritu Sancto contra Navar. Sorum, & alios, quia, dicit ipse, redemptio pensionis non est emptio alienius Juris spiritualis, sed extinctio debiti temporalis; Immo est quaedam anticipata solutio, per quam non tollitur, nec dissolvitur Jus, quod pensionarius habet ad recipiendos fructus, sed perficitur, & completur; Adeoque, qui pensionem redimit, non emit Jus pensionarii ad fructus, sed anticipat ei fructus, ad quos habet Jus, solvit. Haec ille.

Ast dato etiam, quod vendere fructus pensionis, retento adhuc titulo, non sit simonia; tamen haec venditio non potest ad totam vitam, & pro longo tempore fieri sine Beneficatio Apostolico, cum de stylo Curiae, qui facit legem, & vigore constitutionis S. Pii incip. Ex proximo: non potest pensio vendi, aut redimi sine auctoritate Papae, & sit contra Extravag. Ambrosiae, de reb. eccles. non alienand. cujus vigore fructus pensionis non posse vendi, vel locari ultra triennium defendunt Navar. consil. 11. de reb. eccles. Lessius de just. & jur. lib. 2. c. 35. n. 122. ad finem Garcias de benef. p. 2. c. 1. n. 37. Ventriglia t. 1. annot. 1. n. 29. & t. 2. annot. 11. §. 3. n. 42. & alii. Unde tenentes fructus pensionis, & commoditatem posse vendi, intelligendi sunt, & admittendi solum per triennium, & non ultra secundum dicta per Garciam l. c. c. 5. n. 26. & seq. & per Ventrigliam l. c. n. 42. & per alios.

Pensio debet esse ita moderata, ut congrua sustentatio adhuc remaneat Beneficatio. Rota recent. p. 5. t. 1. dec. 287. n. 15. Et ideo Papa solet reservare pensiones, dummodo remaneant pro titulari, seu Beneficatio duae tertiae partes fructuum; Rota recent. p. 11. dec. 11. n. 14. Quandoque tamen pensio reservatur usque ad dimidiam partem fructuum. Rota p. 19. t. 1. dec. 379. n. 13. Et sane juxta stylo Datariae beneficia solent gravari pensione ascendente ad medietatem fructuum. Rota p. 4. tom. 3. dec. 336. n. 16. Ultra etiam vendit, aut dimidiam partem, reservari non solent pensiones. Rota p. 2. dec. 444. n. 11. Ita ut pensio reservata ultra medietatem fructuum sit nulla, & pro nulla declarari debeat. Rota p. 16. dec. 342. n. 2. Gigas, Barbosa, Lotter. Ventriglia, Laurentius loc. cit. q. 484. apud La-Croix l. c. n. 1133. dicens pensionem excedentem determinatam quantitatem corrumpere totam.

Hinc clausula solita apponi: *Dummodo pensio tertiam partem, seu medietatem fructuum non excedat*, operatur, ut Pensionarius non possit agere ad pensionem, nisi prius eadem clausula verificaverit, etiam si Titularis consenserit pensioni. Rota p. 11. dec. 288. n. 4. & 5. p. 8. dec. 24. n. 2. & 3. p. 17. dec. 24. n. 33. & 34. Quia dicta clausula qualificat reservationem pensionis, ita ut non mereatur executionem aequam eadem qualitas fuerit justificata, seu pensio possit exigi, donec à pensionario non fuerit justificatus non excessus. Rota p. 10. dec. 3. n. 57. & 8. Dicta enim clausula in reservatione pensionis apposta reddit illam conditionalem. Rota p. 17. dec. 41. n. 11. Immo non solum reddit illam conditionalem, sed etiam onus probandi transmittit in pensionarium. Rota p. 3. dec. 747. n. 11. Et sic pensio reservata cum dicta clausula nullatenus sustinetur, nisi prius illa verificata fuerit. Rota p. 18. t. 1. dec. 135. n. 1. Quia non verificata, corrumpit reservationem pensionis. Rota p. 11. dec. 187. n. 10.

In impetratione, & impositione pensionis facienda est mentio, quod beneficium sit alia pensione gravatum. Rota p. 5. tom. 1. dec. 49. n. 7. Reservatio enim pensionis super beneficio alia pensione gravato plerumque denegatur, vel difficiliter conceditur à Papae, Ro-

107 Rota p. 16. dec. 69. n. 4. Pensio autem reservata, nulla facta mentione primae antecederet impositione super eodem beneficio, dicitur subreptitia, & nulla. Rota p. 2. dec. 666. n. 2. & dec. 739. n. 1. p. 4. tom. 1. dec. 119. n. 2. p. 7. dec. 169. num. 1. p. 10. dec. 107. n. 15. p. 16. dec. 69. num. 4. & saepe alibi. Panimol. dec. 136. n. 54. cum aliis ibi citatis. Et quidem nulla est ipso Jure, non ope exceptionis, adeo ut nec reviviscat, ubi prima pensio cesset, etiamsi secunda pensio motu proprio fuerit reservata. Rota p. 7. dec. 169. num. 12. & 13. Immo corrumpit totum. Rota p. 7. cit. dec. 169. n. 1. p. 17. dec. 279. n. 15. Garcias de benef. p. 1. cap. 5. num. 561. Parisius de resignat. benefic. lib. 6. q. 2. n. 4. Caputaquen. dec. 312. num. 3. & 4. part. 2. Panimol. dec. 136. num. 54. & alii passim.

108 Pensio legitime imposita est à Beneficatio sub mortali solvenda, quia acceptando beneficium pensione gravatum censetur contraxisse cum Pensionario, & se obligasse ad solutionem. Rota recent. p. 1. dec. 176. n. 1. p. 3. dec. 110. num. 14. Barbos. lib. 3. Jur. Eccles. univ. cap. 11. num. 70. cum pluribus ibi citatis. Laurentius in foro benef. p. 3. q. 544. La Croix l. 4. n. 1159. cum Azor. Garcia, Barbosa, Castropal. ibi cit. & alii passim.

109 Si pensiones non sint solutae à priore Beneficatio, tenentur ejus heredes; & si hi non possint, & Pensionarius probet se fecisse debitas diligencias pro obtinenda pensione suis temporibus, tenetur successor in beneficio solvere ipsas pensiones decursas, non solutas ab antecessore, & ad id datur actio Pensionario contra ipsum. Rota in una Canariensi pensionis 15. Jan. 1567. coram Gyprio Hispanens. pensionis 16. Decemb. 1577. coram Card. Blanchetto, & in Oscens. & Barbastrensi pensionis 19. Aprilis 1609. coram Card. Lancellor. & saepissime in aliis citatis in Neritonensi pensionis 10. Junii 1611. coram Gregorio XV. impressa per Farinae. dec. 352. n. 2. p. 2. recent. & per Bellarmin. dec. 507. n. 1. & per Campanill. in divers. Jur. canon. Rubr. 11. cap. 24. n. 20. & sicuten. Gratian. discip. forens. cap. 9. n. 59. Garcias de benef. p. 1. cap. 5. n. 199. Panimol. dec. 134. num. 33. & seq. Barbos. loc. cit. num. 72. Card. de Luca de pensionibus. disc. 19. n. 5. & 14. disc. 31. n. 8. disc. 35. n. 4. disc. 87. num. 2. & 7. Ventriglia tom. 2. annot. 11. §. 2. d. n. 44. cum plurimis ibi adductis, & alii passim. Et ratio est, quia onus solvendi pensionem videtur esse impositum non hujus, vel illius anni fructibus, sed quibuscumque usquead solvatur pensio, Tum quia Papa videtur ab initio ad hoc obligasse beneficium, & successores in beneficio gravato. Et sic successores tenentur ad solutionem pensionis decursae, non tamquam debitum proprium, sed tamquam debitum beneficii. Rota rec. p. 16. dec. 132. n. 4.

110 Pensionario mortuente ante terminum solvendae pensionis, beneficiarius tenetur solvere heredibus pro rata fructum perceptorum, vivente pensionario. Rota apud Coccin. dec. 327. n. 1. & apud Cavaler. dec. 129. Panimol. dec. 134. num. 25. & seq. Riccius in praxi part. 3. resol. 468. num. 1. Bellet. Disquisit. Cleric. p. 1. tit. de bonis cleric. §. 18. Ventriglia tom. 2. annot. §. 3. num. 7. & 8. Card. de Luca de benef. disc. 81. num. 23. disc. 138. num. 10. de pensionibus. disc. 28. num. 3. & 4. & alii passim dicens hoc idem servandum esse, quando Camera Apostolica mediante spolio defuncto succedit; debetur enim Camera, ubi adest usus spoliatorum. Panimol. dec. 134. num. 32.

111 Annus pro solvenda pensione incipit currere à die constitutionis pensionis; & terminat eandem die sequentis anni. Rota p. 5. recent. dec. 356. num. 3. Laurentius loc. cit. quat. 561. La Croix loc. cit. n. 1164. & alii communitur. Locutus in quo solvitur debet pensio, est ordinaria, ubi situm est beneficium, & ubi fructus percipiuntur, nisi aliter in literis reservationis sit dispositum. Laurentius loc. cit. quat. 562. Bartol.

Garcias, Conrad. Castrop. citati, & secuti à La Croix loc. cit. n. 1164. & alii passim.

Pensio imposita in pecunia solvenda est in pecunia debita, nec beneficiatus liberatur solvendo aliam per text. in l. 2. §. Mutui datio ad fin. ff. Si certum petatur, ubicumque enim deducta est qualitas in stipulationem, ea est praestanda, nec potest solutio fieri in diversa, per text. in l. Cum quid ff. Si certum petatur, per Baldum in d. l. 2. §. Mutui datio, n. 3. & in termin. Lotter. de re benef. lib. 1. q. 39. n. 172. & seq. Ventriglia tom. 2. annot. 11. §. 2. n. 26. & alii passim. Vid. verb. Moneta n. 19.

Esset tamen admittenda solutio in alia specie pecuniae, quando esset penuria qualitatis monetae promissae & debita, & quando pensionarius nullum damnum reportaret ex mutatione, sed omnino conservaretur indemnis. Rota in una Cremonensi pensionis 15. Julii 1580. coram D. Orano, arg. cap. Olim 20. & cap. Cum Canonici 25. de censibus. Ventriglia loc. cit. num. 26. Lotter. loc. cit. n. 174. & 175. & alii communitur; Vid. verb. Moneta n. 20.

Pensio simpliciter, & distincte constituta, & reservata in ducatis, aut scutis nulla facta mentione, an sint ducati de Camera, vel monetae usualis? an sint scuti aurei, vel argentei? solvenda est in ducatis, seu scutis monetae usualis regionis, & exigentibus, & minus gravantibus beneficium, per text. in l. Nummis indistincte legatis, 75. ff. de Legatis 111. ibi: "Nummis indistincte legatis hoc receptum est, ut exigiores legati videantur, si neque ex consuetudine patris familiae, neque regionis, unde fuit, neque ex contextu testamenti possit apparere; n. Semper in obscuris, de Reg. Juris" ubi in obscuris, quod minimum est, debetur, & in dubio semper pro debitore judicandum est, l. 1. §. Cui certum, & l. Cum certum, ff. de aur. & arg. l. Si autem ex usu, vel ex regione, vel ex contextu literarum reservationis possit haberi interpretatio, de qua specie Summus Pontifex intellexit, tunc in illa specie facienda est solutio, per textum expressum in cit. leg. Nummis 75. de Legatis 111. Communis cum Ventriglia loc. cit. num. 28. Vide ipsum ibi multa adducendum ad rem sub n. 29. & 30.

(Ad ea, quae ex num. 113. non usque declarantur, Vid. l. 2. tit. 1. 3. tit. 14. p. 5. 2. 1. 33. p. 7. 5. tit. 20. p. 3. 23. tit. 9. p. 5. 5. tit. 33. p. 7. & lit. C. in add. novis. pag. 306. col. 2. vid. etiam verb. Cambium, Moneta, & Solutio; Ad rem lit. R. pag. 184. n. 27.)

117 Pensio reservata in ducatis Camera, si solvatur in Curia, debet solvi in ducatis auri de Camera, & pro eis scuta auri in auro cum additione unius Julij iuxta formam literarum Apostolicarum; si autem solvatur extra Urbem in aliis regionibus, ubi difficulter reperitur aerea, sufficit quod fiat solutio in alia moneta valoris aequivalentis. Rota part. 4. tom. 1. dec. 430. n. 1. & saepe alibi, Ventriglia loc. cit. n. 27. & alii passim. Vide verb. Moneta n. 20. Aurea autem de Camera aestimantur in ratione Juliorum quatuordecim, nec ab eorum valuatione recedendum est de tempore gratiae. Rota part. 4. tom. 2. dec. 468. num. 1.

118 Quomodo autem solvenda sit pensio, quando valor monetae, qui erat tempore reservationis pensionis, fuit alteratus, & mutatus? Vide dicta sub verb. Moneta d. n. 13. ad 17.

119 Pensio exigi non potest ante expeditionem literarum Apostolicarum; & si ante fuerit exacta, reddit nulla stante decreto in reservatione apponito: Vigore literarum Apostolicarum desuper confiscandarum, nec ante; alias praesens reservatio sit nulla. Barbos. l. 3. Juris eccles. cit. cap. 11. n. 98. La Croix lib. 4. n. 1168. Card. de Luca de pensionibus. disc. 22. num. 3. disc. 29. n. 3. disc. 30. num. 9. dit. 40. n. 7. disc. 44. num. 9. de benef. disc. 94. n. 10. & comm. aliorum. Rota part. 2. recent. dec. 392. num. 1. part. 3. dec. 78. num. 4. & saepe alibi. Dicuntur autem 121



- litera expeditæ, quando sunt plumbatæ; Rota p. 3. dec. 68. sub num. 4. & sæpe alibi; Barbosa loc. c. n. 100. cum pluribus ibi citatis. Debita tamen pensio post expeditas literas, est solventia à die reservationis, non autem à die expeditionis ipsarum literarum, quamvis expeditio sit in conditione posita, Rota rec. p. 5. tom. 2. dec. 539. n. 16. Laurentius loc. cit. q. 585. Card. de Luca & alii.
- 123 Pensionarius subonere non faciendi fructus suos, sed restituendi, tenetur quotidie recitare officium B. M. V. ex Constitutione 135. S. Pii V. incip. *Ex proximo*. Barbosa loc. cit. num. 11. cum pluribus ibi citatis; Ventriglia tom. 2. §. 2. n. 86. & alii communiter dicentes pensionarios teneri ad recitationem officii B. M. V. sub eadem poena, sub qua Beneficiati tenentur ad recitationem officii divini. Satisfacit tamen Pensionarius si recitet officium divinum, & omittat officium B. M. V. Barbosa loc. cit. n. 13. Ventriglia loc. cit. num. 86. Bonacina de *horis Canonice*, disp. 1. q. 2. punct. 4. num. 10. & alii passim. Insuper Clericus in sacris, vel habens beneficium, & pensionem satisfactis suæ obligationi unica recitatione divini officii, etiamsi omittat officium parvum B. M. V. Barbosa, Ventriglia, Bonacina locis citatis, & alii passim. Pensionarius cui auctoritate Apostolica est redempta pensio in totum, non obligatur ad officium B. M. V. quia S. Pius obligat solos Pensionarios, qualis hic non est, cum dimiserit totaliter. Jus pensionis auctoritate legitima Papæ Bonacina loc. cit. n. 11. La Croix lib. 4. n. 1156. Barbosa l. c. sub n. 14. & alii. Secus autem si auctoritate propria admittat tantum aliquas anticipatas solutiones, quia hic revera remanet adhuc pensionarius cum adhuc retineat Jus pensionis, La Croix l. c. n. 1156. & alii passim.
- 128 Quando pensio est reservata in capite seu persona unius in commodum, & utilitatem alterius, ille dumtaxat ad officii recitationem obligatur, in cuius commodum pensio reservata est. Barb. l. c. n. 12. Bonac. loc. cit. n. 7. Ventriglia loc. cit. n. 86. & alii passim.
- 129 Pensionarius ex redditibus pensionis impositæ super beneficio tenetur pro rata concurrere ad ecclesie reparationem, sicuti tenetur ipse Titularis, seu beneficiatus; nisi pensio ita imposita fuerit, ut ab omni prosuro onere libera solvatur. Panimoll. dec. 6. adnot. 8. n. 53. Navarr. *consil. unic. de eccles. edificand.* relat. per Barbosa de *offic. & potest. Episcop.* alleg. 64. num. 18. Ventriglia tom. 2. annot. 11. §. 2. num. 1. & seq. cum pluribus illis citatis. Rota recent.
- 130 p. 9. tom. 2. dec. 343. n. 32. Nisi enim Papa exemerit pensionem à quibuslibet oneribus, & impositionibus; tenetur Pensionarius ad onera, quæ in dies imponuntur super Beneficiis. Rota rec. part. 3. dec. 407. num. 3. Immo ubi agatur de pensionibus super Beneficiis Religionis Hierosolymitanæ impositis, Pensionarius, etiamsi sit Cardinalis, tenetur ad onera ejusdem Religionis. Rota *ibid.* num. 16. Prout in casu contributionis tenetur pensionarius contribuere pro rata pensionis. Rota part. 5. tom. 1. dec. 23. n. 4. Adeoque tenetur ad solutionem decimarum, & onerum præstantum Principi, nisi fuerit specialiter derogatum. Rota p. 5. tom. 1. d. dec. 23. n. 31. Atque etiam concurrere debet ad necessarias impensas reparationis. Rota part. 9. tom. 2. dec. 343. n. 32. Unde generaliter tenetur pensionarius pro rata pensionis contribuere ad omnia onera beneficii, nisi Papa addiderit, quod pensio sit omnino libera, immunitas & exempta: Azor. Barbosa. Lotter. Leuren. citati, & securi à La Croix lib. 4. num. 1158.
- 134 Pensionarius habens pensionem ultra valorem conductorem auri de Camera, tenetur deferre vestes clericales tales sub poena privationis; Sixtus V. constit. 92. incip. Sacrosanctam: ...
- 135 Pensionarius habens pensionem solitam concedi Clerico gaudet privilegio fori, etiamsi non deferat habitum, & tonsuram. Sic Barbosa de *offic. & potest.*

*Episcop. part. 2. alleg. 12. num. 8.* cum pluribus aliis ibi citatis, asserens id decisisse Sacram Congregationem Concilii, & de *offic. & potest. Episcop.* part. 3. alleg. 57. num. 151. ubi affert præcisum decretum Sacre Congregationis Concilii, & testatur se vidisse, & legisse ejus originale, & in *Summ. Ap. dec. verb. Pensio* num. 4. ubi expresse dicit quod pensionem obtinens habetur pro Clerico Beneficiato ad effectum privilegii, & fori exemptionis, & refert sic decisisse Sacram Congregationem Concilii sub die 18. Decembris 1595. & idem in *Portugalen.* 10. April. 1622. Sperell. dec. 68. n. 34. ubi etiam ipse asserit sic decrevisse Sacram Congregationem Concilii, ob quam decisionem varii sentientes contrarium se retractarunt, & novissime D. Riccius in *sua Synopsi decretorum Sacr. Cong. Immun. verb. Pensionarius* n. 1. præcisus his verbis affert decretum ejusdem Congregationis, ibi: *Pensionarius censetur Beneficiatus ad effectum fruendi privilegio fori etiamsi non incedat in habitum, & tonsuram.* Perusina 20. Februarii 1652. lib. 4. Decret. Paul. pag. 175. Contrarium tamen, scilicet non gaudere privilegio fori pensionarium, nisi deferat habitum, & tonsuram sustinet Azeved. lib. 1. n. 5. ver. Sed an Pensio *rit.* 4. lib. 1. nove. recopil. Flamin. de *Resignationibus* lib. 1. quest. 11. num. 70. Garcias de *Benefic. part. 1. cap. 5. n. 70.* Gonzalez ad Reg. 8. *Cancellar. gloss. 5. n. 6.* & alii apud Barbosa in *cit. alleg.* 12. n. 8. asserentes etiam pro se aliam decisionem Sacre Congregationis, & novissime Monacell. tom. 2. tit. 14. form. 7. num. 14. ubi dicit sic decrevisse Sacr. Congr. Concil. 6. Jun. 1622. & late idem Monacell. tom. 4. supplement. ad d. 1. 2. n. 150. ad 154. ubi etiam pro se allegat plures Doctores, inter quos Fagnan. lib. 1. *Decret. in cap. Ad audientiam* 31. de *Rescriptis* n. 232. dicens ibi adducere ad id declarationem Sacre Congregationis Concilii; Qui tamen Fagnanus si ibi attente legatur cum declaratione dictæ Sacre Congregationis, immo & cum declaratione Sanctissimi, aperte fayet nostræ sententiæ, ipsamque tuetur contra sententiam oppositam defensam à Monacelli, & ab aliis supra citatis, ut ibi videri potest, & ea, quæ diximus *supr.* n. 8. adeoque &c.

Pensionarius, qui habet indultum retinendi pensionem, etiamsi non incedat in habitum, & tonsuram clericali, & Matrimonium contrahat, non censetur dispensatus ad militiam, ad quam si transeat, amittit pensionem, quia talis dispensatio nequit supplere defectum provenientem ex malitia, quæ est in diversa specie impedimenti, nempe illius, per quod exercetur, seu exerceri possunt sæva, unde indiget suâ speciali dispensatione, alias statim ac efficitur miles, beneficium & pensionem amittit. Rota *coram Celso* dec. 69. n. 16. & 17. & n. 22. ubi ampliat locum habere, etiam re integra, antequam sæva exerceret, militiam deserat, & primævum statum resumatur, & ita respondit quoque Sacr. Congr. Concil. in *Niciens.* 19. Decemb. 1648. pag. 563. & tenet Card. de Luca de *pensionibus*, disc. 46. num. 3. Monacell. tom. 2. tit. 14. form. 7. n. 11. & alii passim.

Item pensionario pro obtinenda pensione obstat officium militis levis armaturæ. Sacr. Congr. Concil. in *Rom. indulti* 7. Decemb. 1720. ad quem effectum concedi non solet sanatoria Sacr. Congreg. Concil. *dist. die ad indulti. quam desinde concessit die 22. Martii 1721.* Sic refert Ursaya 1. *Miscel. sacr. & profan.* lib. P. n. 545. ... An, & quando pensionarius sustineatur, vel non pensionem minere, seu remittere? Vide *verb.* Locatio à n. 37. ad 47. & sicuti ibi de locatore, & discurre hic, salva proportione, de pensionario, nisi sine sit.

An pensionarius teneatur eodem modo, ac Beneficiatus superfluos fructus pensionum in proprios usus expendere? Vantiant Doctores. Negat absolute La Croix l. c. n. 157. cum Covarr. Menochi. Tusc. Vazquez Ricc. Nald. Gallet. Lugo, Binsf. Redoan. Azor. Regi-

- gnald. Gigant. Trullench. Vallens. Taber. Leurenio, ibi citatis. At Matrius *thol. moral. dir.* 14. num. 77. Thom. Hurtad. *respons. moral. lib. 2. num. 649.* Molina tom. 1. de *justitia, & jure tract. 2. disp.* 145. & plures alii affirmant valde probabiliter ad id obligari.
- 140 Advertendum est, ut quod pensio reservata Clerico Habitum & Tonsuram Clericalem non deferenti, & etiam carnales nuptias cum pluribus successive, aut cum vidua ineunt, amittitur od transitum ad securum leviat. Sic expresse Sacra Congr. Concil. in *Ulixbonen. Orientalis pensionis* 23. Novemb. 1737.
- 141 Quod procedit etiam in terminis Equitum levis Armaturæ custodiæ Corporis Summi Pontificis destinatorum ut resolvit eadem Sacr. Congr. in *Romana Indulti* 7. Decemb. 1720. Ad hoc enim, ut pensio retineatur post assumptam secularem militiam, necesse est, ut ad id, ultra supradictum Indultum, specifica dispensatio obtineatur, ut declarat eadem Sacr. Congr. in *Niciens.* 19. Decemb. 1648. & coram Celso dec. 69. n. 16. 17. 19. 22. Nec ad id solet concedi sanatoria: eadem Sacr. Congr. in *d. Romana Indulti* 7. Decemb. 1720. ad 2. *sub.* pro Equite levis Armaturæ, quamvis ipsi postea ex speciali gratia fuerit concessa die 22. Martii 1721. Vide Thesaurum *Resolutionum Sacr. Congr. Concil. ad an. 1737.* in *dist. Ulixbonen. Orientalis pensionis*, ubi ab Eminent. Card. Cavalchini, tunc ejusdem Secretario, plurima sapientissime, ac eruditissime suo more adducuntur ad rem.
- 144 Pensionum abolendum pacta contemporanea resignationi beneficiorum, & earumdem pensionum reservationibus, damnantur, & annullantur. Benefic. XIV. tom. 1. const. 30. incip. In sublime §. 3. pensionum abolitioes, & cassationes obtinentur intra sex menses à die captæ possessionis beneficiorum anulatur. *Idem ibid.*
- 145 Per promotionem ad episcopatum non modo cessant pensiones, sed & evanescent indultum eas transferendi; Rota in *Tricaricen. pensionis* 8. Ju-

ni 1735. §. 4. cor. *Eminent. Cresc.* inter expressas dec. 134. num. 3. & in *Imolen. pensionis* 21. Junii 1748. §. 7. cor. *bon. mem. Vicecomit.*

Quod si in Indulto dictum sit: "Decernentes prædicta omnia, & singula, presentibus literis &c. necnon quæ in præmissis facta sunt, aut fieri contigerit &c. nec etiam per promotionem ad ecclesiam Cathedralē, etiam Metropolitanam, aut translationem vel aliam status, & personæ vestræ mutationem" intelligitur Papa fecisse potestatem Indultario transferendi pensiones, non obstante promotione ad episcopatum; Rota in *Imolen. pensionis* 22. Junii 1748. §. 8. cor. *bon. mem. Vicecom.*

Quid, si promotio indultario ad episcopatum in decreto consistoriali dictum sit: "Pensiones annuas quoad vires obtinere, retinere, & percipere, & de illis disponere libere, & licite valere?" Prævaluit opinio, quod his verbis tributa intelligatur facultas retinendi, non item transferendi pensiones. Vide Rota in *d. Tricaricen. pensionis* 8. Junii 1735. §. 4. & plur. seq. cor. *Emin. Crescent.* inter impressas dec. 134. num. 4. & plur. seq.

Votantes Signaturæ Justitiæ fruuntur indulto transferendi pensiones. Num autem hoc indulto frui possit aliquis de votantibus Signaturæ justitiæ, qui sententia Judicis ob crimina fuerit relegatus, privatus advocacia consistoriali, & clericatu Camera, ad quem ascenderat, & de quo vivæ vocis oraculo dictum fuerit, ut in futuro non describeretur in albo Prelatorum? Affirmat Rota in *Romana pensionis* 7. Junii 1743. cor. *clar. bon. mem. Tanario*, inter impressas dec. 268. idque ex ea potissimum ratione, quod ille haud desierit esse Prælatus.

De eo etiam queri solet, an sustineatur translatio pensionis ab Indultario facta, si pridem est Titulari promiserit, se non esse translaturum? Confer Rota in *Areina pensionis* 16. Junii 1721. & 2. Martii 1722. cor. *bon. mem. Gamaches* & c.

PER-

Quod fuisset aliquis, qui de absoluta Summi Pontificis potestate (de beneficiis pro nunc loquendo) dubitasset, inter Catholicos præcipue Hispanos in mentem venire non creditur: vox faucibus hæret, cum sit anadversum, pro ratione suam fuisse voluntatem (1); qua de causa inter alias Sanctæ Sedi naturaliter inherentes præminentias, de duobus episcopatus unum, & ex hoc, duos efficeret posse, numeratur (2); per consequens, quamvis inter hispanicas leges, quæ sumus adstricti, super pensionandi facultate nihil asseratur, non poterit quin ei annueretur; nam, hoc asserunt cum multis corroboretur dispositionibus, non est cur ejus immoretur discursus. Tam de antiquo apparet pensiones à Sede Apostolica imponi, ut D. D. Caroli I. & ejus Conjugæ D. D. Joannæ fuit veitum, ne de beneficiorum vacantibus, Hispani Advenis ullam expectativam ad ea horum in favorem obtinenda præberent (3), cum invitatione pensionis. Successiva temporis series præsertim Rege D. D. Carolo II. & Philippo V. Sanctitas D. Innocentii XII. & D. Benedicti XIII. suam liberalitatem exercuit, super curata beneficia eas non concedendi (4); quam quidem D. Clementis XII. etiam Sanctitas ratam habuit (5): insuper addendo nullam iri novitatem ulterius factam, ideo, quæ hæcenus circa ea pro ceteris fuerat observata beneficiis, ulteriori in tempore quoque servari, fuit conventum (6). Tandem cum tempora temporibus subeant, eorumque transcursum res crescant, elanguant, dies pervenit in quo Summus Pontifex Benedictus XIV. suam incomparabilem exercens benevolentiam, clausit januam futuris temporibus ut in qualibet, aut minima quantitate super beneficiorum fructibus, & proventibus pensiones imponerentur: neque pro earum certa solutione publicorum Argentariorum schedule bancariæ à pro-

(1) Vid. *verb.* Beneficium.(2) *L. 5. tit. 5. p. 1. ibi.* Et otrosi, é facer de un Obispado dos, ó de dos uno, habiendo alguna razon guisada porque le deha facer, que fuese á pro de aquella tierra, ó por deha de los Reyes: ...(3) *L. 16. tit. 3. lib. 1. ibi.* Y queremos que nuestros Naturales no den aviso á los Extranjeros de las vacantes, ni usen de fraudes algunos para las habere, dándoles pensiones, só pena que el que lo fiere, por el mismo fecho, sin otra sentencia, ni declaracion, los habemos por privados de la naturaleza de nuestros Reynos: ...(4) *Auct. acord. 3. tit. 3. ejusd.* Me he conformado con la consulta del Consejo; y mando que por medio del Embaxador que reside en la Corte Roma-

FERRAS. BIBLIOTH. TOM. VII.

na, se agradezca á la Santidad del Señor Inocencio XII. el haber mandado publicar en la Dataria, que á los Beneficios curados de España, aunque sean de patronato de legos, no se pueda cargar pension alguna por ninguna causa, ó titulo, aunque sea de alimentos.

(5) *Concord. ann. 1737. art. 14. ibi.* En atencion á que regularmente no son pingües las parroquias de España, vendrá su Santidad en no imponer pensiones sobre ellas.

(6) *Id. art. 15.* En quanto á la reserva de las pensiones sobre los demas beneficios se observará aquello mismo que hasta estas últimas diferencias se ha practicado.